

1270. a 29. Maii.

Laurentius Comes de Bamnot vil,
tam suam Bamnot predictam
Drocopio Cancellario Cracoviensi, obli-
gavit in Summa hic descripta
sub certis redimendi conditionibus.

200

Cracovia Tertio Idus Maii Luna 29. 1270.

In Nomine Domini Amen.

Quoniam Acta, quae in Publica Primum
deveniunt munimenta digne perpetuam
obtinent roboris firmitatem. Idcirco Nos
Boleslaus Dei Gratia Dux Cracoviae,
et Sandonivie. Universis literas presen-
tes inspecturis ubivis declaramus publi-
ce protestantes. Quod Comes Laurentius
de Bamnot in presentia nostri con-
stitutus de Consilio Saluberrimo Virorum
maturorum Sufficienti prehabita Delibe-
ratione, Domino Drocopio Cancellario Cra-
coviensi hereditatem suam, que vulgari-
ter Bamnot nuncupatur obligavit, pro
triginta marcis usitatis Argenti, juste
et rationabiliter, sub hac forma videli-
cet, ut ipse Dominus Drocopius, jam
dictam villam Bamnot infra novem an-
nis cum omni fructu et utilitate
libere possideat, et quiete, elapsis vero
novem annis predictus Comes Lauren-
tius

lius, vel pueri sui quandoocunque potuerint
exemere, solutis triginta maris Domino
Procopio predictam villam recipient cum
universo apparatu et melioratione si
qua fuit, prout ex antiquo ipsam posse
derunt primeva possessione. Si etiam pre-
fatus Comes Laurentius cum pueris
suis omnino, quod ab eis interiret, se-
cundum quod subest natura hominum
et humana fragilitate, extunc quicun-
que propinquior fuerit eam sua pro-
genie redimat, prefatam villam Bam-
vol juxta prenotatam Superioris Ordi-
nationem. Ut autem hec nostra tam
Solemnis protestatio robur obtineat
sanctae memoriae in hujus rei testi-
monium praesens scriptum nostri si-
gilli robore duximus munendum.
Actum in Cracovia Anno Domini
Millesimo Ducentesimo Septuagesimo
Octavo, tertio Idus Maij Luna vigeni-
ma nona. Haec sunt nomina tertium
Comes Varso Castellanus Cracoviensis, Comes
Janszins Palatinus Sandomiriensis, Comes
Abigneus Judex Cracoviensis, Comes Lauren-
tius Steyhovier Camerarius, Comes Nico-
laus Lututhovier, Castellanus De Beiche,
Comes Joannes dictus Licho Thesaurarius Ducis.
Datum per Manus Domini Twardoslai Cypionis Sandomir.